



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 163. Controversia circa Cultum B.V. Mariæ sine labe conceptæ in
Hispaniæ Regno exorta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. rent, eorumque collegia Irenica sem-
 A. C. 1617. per in irritum ceciderint, cum dunta-
 xat Fraternitatis vinculo jungantur,
 quando de opprimendis Catholicis
 agitur, uti in sequentium annorum
 Historica serie patebit.

§. CLXIII.

*Controversia circa cultum B. V. Ma-
 riæ sine labe conceptæ in Hi-
 spaniæ Regno exorta.*

*Acta Phi-
 lipp. III. pro
 imm. Con-
 cept. Luc.
 Wadding.
 Fort. Hueber
 in Menob.
 pag. 2296.
 Sannig.
 chron. Ord.
 Menchard.
 Joann. a
 S. Mar. &c.*

*Sess. 36.
 anno 1439.
 die 15. Octob.*

Referunt Ordinis Seraphici Scriptores,
 quod quidam ejusdem Instituti A-
 lumnus, nomine Franciscus de S. Ja-
 cobo, Beatissimam Virginem sine labe
 conceptam singulari cultu profecutus
 sit, eandemque his verbis: *Laudetur
 Immaculata Conceptio Mariæ*, salutandi
 morem in Hispania introduxerit, unde
 ipsam Beatam Virginem in Guadalu-
 penfi Conventu sibi dicentem audierit:
*meæ Immaculatæ Conceptionis mysterium
 promote.* Ut ut sit circa hanc visionem,
 id omnino certum est, quod hæc quæ-
 stio jam sæculo decimo quarto exorta,
 ingentique contentione inter SS. Domi-
 nici, & Francisci Alumnos agitata,
 nondum anno Domini supra millesimum
 sexcentesimo decimo sexto finem ha-
 buerit. Quamvis enim Basileense Con-
 cilium sententiam de B. V. immaculata
 tan-

Sæc. XVII. sententiam tanto ardore tuentibus, ut
A. C. 1617. Franciscani victoriam, & triumphum
 canerent, non sine magna aliorum,
 & præcipue quorundam Dominicanorum indignatione; erant enim ex hoc Ordine nonnulli, qui sese acrius opposuerant, quamvis tota FF. Prædicatorum Religio pro pia hac sententia semper steterit, & plurimis decretis eam tueri præceperit, nullum vero unquam condiderit, quo ejus Alumni opinionem Præservacioni repugnantem tueri, aut a S. Thomæ Aquinatis doctrina recedere juberentur, qui de hoc Mysterio ita differit (*): *Potest aliquid creatum inveniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, si nulla contagione peccati inquinatum sit, & talis fuit puritas B. V. quæ a peccato originali & actuali immunis fuit. Fuit tamen sub Deo in quantum errat in ea, potentia ad peccandum.* Ceterum ex mutua hac contentione tot exorta fuere scandala, ac tota fere Hispania in tam apertum exarsit diffidii incendium, ut Paulus V. (**) innovatis

(*) In Lib. I. sent. dist. 44. q. 1. art. 3. ad 3. in editione Lugdunensi Anno MDXX. recognita per F. Lambertum Campestem Theol. Ord. Præd. & dicata Patri Marino Carolo ejusdem Ordinis Theologo insigni.

(**) Constit. quæ incipit: *Regis Pacifici* die 6. Julii anno 1616.

tis Sixti IV. & Pii V. Constitutionibus Sæc. XVII.
A. C. 1617.
 utrique parti silentium imponere cogere-
 retur, donec a Sede Apostolica hæc
 controversia fuerit definita: Verum ne
 sic quidem pax coalescere potuit, quo-
 circa Philippus Rex validius remedium
 esse adhibendum ratus, hoc anno Pla-
 cidum de Tolosantes olim Benedictino-
 rum in Hispania Generalem cum aliis
 duobus Romam ablegabat, ut tandem
 huic contentioni auctoritate Apostolica
 finis, modusque imponeretur: Hunc
 in finem igitur jussu summi Pontificis
 Sacra Inquisitio die trigesima prima
 Augusti decretum condidit, vi cujus
 inhibitum, ne sententia de B. Virgine
 in originali concepta publice defende-
 retur, donec hæc quæstio definita fue-
 rit, ita tamen, verba sunt hujus de-
 creti (*), *ut per hujusmodi provisionem
 Sanctitas sua non intendat reprobare alte-
 ram opinionem, nec ei ullum prorsus præ-
 judicium inferre, eam relinquens in eisdem
 statu & terminis, in quibus de præsentis
 reperitur, præterquam quoad supra disposita.*

Verum hoc ipsum decretum, cum
 in Hispania promulgaretur, ad tollen-
 dos tumultus minus efficax a nonnul-
 lis credebatur, atque inter eos præ-
 cipue

P p 3

(*) Vid. Bull. Magnum Tom. 3. Constit.
 105. quæ incipit: *Sanctissimus.*

Sæc. XVII. A. C. 1617. Episcopus Oxomensis edito libro demonstrare contendebat, quod hoc decretum majoribus scandalis occasionem præbere posset. I. Quia tantum se extendit ad casus in decreto contentos, proin amplum relinquat campum, ut prioribus Pontificum Constitutionibus in suo vigore relictis *quoad cetera &c.* puritas B. Virginis multis impugnaretur modis, verbis, & scriptis. II. Eo ipso, quod immaculatam Conceptionem propugnantibus prohibetur contrariæ oppugnatio, novæ oriri possent contentiones, quomodo hoc sit exequendum? III. Cum Papa citra fidei decreta errare valeat, semper ejus decreta sinistris interpretationibus obnoxia sint, donec is controversiam definierit. Nihilominus Hispaniæ Rex omnes publicas solemnitates, & festiva lætitiæ signa, quæ hujus Mysterii Defensores jamjam paraverant, suspendi jussit; ut tamen privatæ eorum pietati consulere, in Monasterio Divæ Claræ Sodalitatem in honorem Beatæ Virginis immaculatæ erigere, ac iterato Legatos Romam decernere statuit, eo fine, ut Papa opinionem contrariam omnino suppressi juberet, donec ultima obtineretur definitio: Hæc dum animo volutaret Rex, afferuntur Pontificis literæ, quibus is hoc consilium Regi
dissua-

diffuadens addebat, quod jam *totum*, Sæc. XVII.
quod posset, hac in re præstiterit. A. C. 1617.

§. CLXIV.

*Philippi III. Hispaniæ Regis Lega-
 tio ad Papam pro obtinenda hujus
 quæstionis definitione.*

Hoc tamen Pontificis responso nondum *Luc. Wad-*
 contentus Hispaniæ Rex, cum tur- *dig. legat.*
 bas variis in Regnis, urbibusque in- *Philipp. ad*
 dies augeri cerneret, ex suorum confi- *Paul. V.*
 lio etiam legationem adornavit, ad quam *Khevenhill.*
 selegit Antonium Tressium Carthagi- *t. 9. p. 268.*
 nensem Episcopum olim FF. Minorum
 Generalem, qui allatis literis Regiis
 Pontifici, nomine totius Regni Hispa-
 nici supplicaret, quatenus doctrinam
 de immaculata Conceptione definire
 vellet: Verum commendata Regis pie-
 tate respondit Pontifex, quod *nunc pos-*
set hac in controversia haud amplius præ-
stare, præter id quod jam fecisset, hæcque
res maturiori consideratione indigeret. Hoc
 tamen responso nequaquam territus
 Orator, libellum supplicem Pontifici
 porrexit, in quo complures congesse-
 rat rationes, quibus Papam ad defi-
 niendam hanc quæstionem permovere
 nitebatur; cum autem non deessent,
 qui Regis Catholici preces male inter-
 pretarentur, perinde ac si in re mere